

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1218

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

105

HIEROGRAPHICI.

106

Cod. Rhediger.

diu minnont dib die
iunkfrououon. daz fint
die sela die der geuui-
get fint in dero toife
unte geuuatet mit ve-
ste innocentiae &c.

Cod. Caes. vetust.

nont dib die iunkfrou-
win. daz fint die se-
la. die der geiunget
fint in demo toufe. un-
de gewatet mit ueste
innocentie &c.

Codex Caes. recent.

nun non dib — hic li-
brarius incurius ali-
quot verba transfilit
— die sela. die der ge-
iunget fint in dero tou-
fe. unte geuuatet mit
ueste innocentiae &c.

Ex his adlatis liquidum fit, exiguum esse discrimen, quod inter hos Codices versatur. Finit Noster: *unte laz daz vuerdan in montibus aromatum scilicet an dinen heiligon. quorum Conuersatio in coelis est. alse an den hohon bergen. unte die den odorem et famam Virtutum de se spargunt. alse die tui- ren stankvurze.* Ita et Schilteri impressa exceptis vocibus *hoben* et *tiuren*, quae tamen typi σφαλματα esse possunt. De altero vetustiori Exemplari jam prius actum est.

XLVI. VI. C. 19.

⁴⁴⁵ Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. nunc 70. f. quorum primum et sexag. septimum manu paullo recentiore adiecta sunt, per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus est *Pars Sacrorum Bibliorum ab Ezechiele Prophetae pertingens usque ad haec Aggaei C. I. v. 6. verba: bibistis et non estis inebriati. Ezechielem praecedit Hieronymi Praefatio*, sine titulo, charactere rubronigro quadro incipiens: *Hiezechiel Propheta cum Joachim rege iude capitius dudus est &c.* In fine occurrit lectio singularis, cuius non me-

minit *Vallarsius*, meminere vero *Johannes de Janua in Catholico*, et *Ducangii Editores Mauriani* hunc ipsum *Hieronymi* locum citantes; legitur autem non ut in editis: φαγολιθος hoc est manducantes fannas, sed, manducantes senecias, cuius vocis significatum, ut *Catholici* nugas omittam, *Mauriani* cum vetere gallico *San, foenum* conciliari putant, in nostro vero Codice theotiscum illi glossema *trestir* impositum est, quod jam *Notker* cognitum et fortassis a calcando *treten* derivatum folliculos granorum expressos vel excoctos, vulgo *Träber*, denotat. Phrasin prisco illi aevo sat usitatam fuisse, argumento esse possit illud *Benzonis* episcopi Albens. in *Henrico Imp. III. apud Ludewigium T. IX. Reliquiar. Mss. p. 288.* Qui putat me loqui facetias, manducet Senecias. Sed mihi tota illa τε φαγολιθος interpretatio non ipsius *Hieronymi*, sed Commentatoris cuiusdam esse videtur. Porro *Ezechiel* ipse nullum titulum praefert, et columna 3. interrumpitur per duo *Augustini* loca de *Libb. XV. et XVI. de Civit. Dei* sumta, quae verisimiliter jam in hoc folio extabant, antequam

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1218

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

107

C O D I C E S

108

Librario membranae parco visum fuisset eo ad complendum *Ezechielem* uti. Dehinc vero usque ad finem inoffensus decurrit, excipiturque a *Daniele*, qui rursus *Hieronymi* Praefatione munitus est hoc initio litera quadrata: *Danielem Prophetam iuxta Septuaginta Interpraetes domini saluatoris ecclesie non legunt &c.* Prophetae ipse eodem scripturae genere incipit, sed admodum multilis est; deficit enim a C. II. v. 44. usque ad C. IV. v. 33. Item a C. V. v. 17. usque ad C. XIII. v. 14. Ultimus demum five 42. Versus C. ult. deest. *Prophetas minores* generalis *Hieronymi* Praefatio antecedit hoc rubro litera quadrata: *Incipit Prologus Duodecim Prophetarum. Non idem Ordo est duodecim Prophetarum apud hebreos &c.* Sunt omnes integri, titulisque rubricatis quadratisque gaudent usque ad *Aggaeum*, ut supra dictum est, cuius partem, uti et sequentia ex hoc venerandae antiquitatis monumento deperiisse, omnino dolendum est. Praefationes *Hieronymianae* diversimode ab editis discrepant.

XLVII. VI. f. 25.

419 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 61. 4. columnis tribus, media Textus, utrinque Glossarum, probe exaratus, rubricisque distinctus *Danielem Prophetam* complectitur ex interpretatione vulgata. Praeit, ut in *Biblio glossatis*, *Hieronymi Prolo-*

gus: Danielem prophetam iuxta LXX. interpretes domini saluatoris ecclesie non legunt &c. nomine tamen Autoris subpresso. Sequuntur Excerpta partim ex altera *Hieronymi Praef. ad Pammach. et Marcellam*, quae legitur edit. *Vallars. T. V. col. 617.* partim e *Glossa ordinaria Walafredi Strabi*, prout habetur in *Bibl. glossatis*. Ita et deinceps Textus *Glossa ord. et interlineari* stipatus procedit, quae tamen finem versus sensim deficiunt, et c. 14. penitus cessant. Exemplum mendis non caret. Ita statim sub initium C. 1. legitur *arphaxat* pro *Asphenez* (אַשְׁפֵנֶז) et glossa interlinearis *equorum domitor* ponenda ad *Nabuchodonosor* ridicule ponitur ad *prepositum eunuchorum*. In fine deest integer Versus 42. Tunc rex ait: *Paucent omnes &c.*

II. fol. 59. p. 2. minuto charactere Compendium *Chronologicum*, quod incipit: *Presens seculum in duos status distinguitur. seu in certa tempora. Primus status qui dicitur uetus ab adam usque ad Chriftum &c.* Atque hunc Statum tantum enarrat Noster, insertis ex Historia sacra successionibus *Patriarcharum, Judicum, Regum et Sacerdotum*, e profana vero Regum *Persiae, Aegypti et Syriae*, prout habentur in *Eusebii Chronicō*.

XLVIII. VI. f. 5

Codex membraneus lat. Sec. 293 X. Folior. 103. f. eximiae notae, luculentē scriptus, rubricis di-